

dictis abnuens pater, cuidam nauclero amico in mari mergendam dedit. Illa A
 in nauim deduccta, cum esset iuxta Parthenium montem, urgentibus partus do-
 loribus in proxima sylvam tanquam ad rem necessariam descendit. ibi cum pepe
 risset, infante inter uirgulta abscondito, ad nauiculam rediit. Cumque ad Endaplum Arcadiam portum peruenisset, salutem est prater spem cosecuta. Nau-
 cularius enim illam mergere iuxta patris praecemptum noluit, sed dono dedit
 quibusdam ex Caria in Aliam profecturis: qui Augen secum uehentes, regi My-
 siae Teuthrantii tradidere. Infantem in Parthenio a matre relicta, paatores
 quidam Corythi regis cum reperissent a cerua exhibito ubere nutritri, infan-
 tem ad regem detulerunt: quem Corythus ut filium educans, Telepho, eo quod
 fuerit a cerua nutritus, nomen dedit. Hic uir factus matrem inuestigans ue-
 nit in Delphos: respodetque accepto ut in Myssiam nauigaret ad Teuthrantedem
 regem, inuenta matre, cognitoque cuius esset filius, magno in honore habitus
 est. Teuthras liberis malculis orbatu, Argiopen natam Telepho despodit,
 instituitque successorem regni. Hercules cum in Pheneo quinquennio fuisset,
 filiorum Licymnii, Iphiclisque fratris interitus aegre ferens, sponte ex Arcadia ac
 Peloponneso abiit. Cum plures eum Arcades sequerentur, in Calydonem se
 cessit. Non proles ei legitima, non uxor erat. Desponsauit ergo Deianiram
 Oenei filiam, Meleagro, de quo haud ab re erit paucis scribere, iam defun-
 cto. Oeneus in magna frumenti copia, quum ceteris diis, sola Diana neglecta,
 sacrificasset, irata dea Calydonium apertu ingenti magnitudine celebrem, ad ua-
 standam late patria propinquam immisit. Ad hunc delendum Meleager aetate uiri
 busque integer, pluribus assumptis secum sociis, aprum iaculatus, occisae bestiae
 premiū (id erat animantis pellis) omnī cōsensu tulit. Cum in uenatione A-
 talata Schœnei affuisset filia, eius amore captus, pellem ueluti laude occise se
 et sibi cōcessit. Quod factū qui una uenati fuerant Thestij filij aegre ferentes,
 aduenā eis fœminā p̄ferriri, improbatō Meleagri factō, Atalanta per iniūdi-
 as, cum in Arcadiam rediret, pellem abstulere. Meleager tum amore motus,
 tum incensus ignominia, Atalantę auxiliū ferens, primum raptores, ut uirtu-
 tis ab se datū mulieri premiū restituerent, hortatus est: eius verbis contēptis
 omnes (j̄ erāt Althea fratres) necauit. Illa suorū cædem mœsta, Meleagru exe-
 crata est, ab diis immortalibus, qui eius uotū exaudierunt, filio morte impre-
 cata. Fabulantur quidam, Meleagri ortu Parcas noctu in somnis Althea dixisse,
 tunc uitæ Meleagri filij finē fore, cum id lignū (is torris extinctus erat) cō-
 bureretur. Orto puerō, existimans in eius ligni custodia filij salutē contineri,
 diligenter custoditi seruauit. Postmodum fratrum morte irritatam, torre cōbu-
 sto, ferunt caufam interitus filij exitisse. Cuius factū postea pœnitē, laqueo
 uitæ finiuit. Dum hæc agerentur, Hippotus in Oleno iratus filię Peribæse ex
 Marte grauidam afferēti, ad Oeneum in Aetoliā misit, iubens ut eam quam
 primum perimeret. At ille cum recens uxor filiusque deceſſisset, contemptio
 patris mandato, illam uxorem cepit. Ex qua filius ortus est Tydeus. Sed de
 his haec tenus. Hercules in Calydoniorū gratiam fluvium Achœolum in aliis
 cursum diuertens, plurimos agros ex aqua irrigatione fertiles præstit. Cu-
 ius rei & poetæ quidam meminere, scribentes cum Achœolo Herculem sub
 tauri specie certasse: qui cum in congressu tauri alterum cornu fregisset, Ae-
 tolis illud, quod Amalthea cornu vocant, dono dedit, fructuum omnium,
 uuarū, malorū, aliorumque eiusmodi pomorum copia repletum. Fingunt poe-
 tæ, Acheloi cornu, fossam a fluvio ductam: pomis uero & malis punicis ac ra-
 cemis monstrari regionis fertilitatē, quam fluvij humor præstet, & agros red-
 dat feraciores. Amalthea cornu durū esse aiunt: qua ex re operis eius labor
 notatur. Hercules præsidia Calydonijs ferens, Thesprotis illato bello, & E-
 phiram urbem uicem cepit, & Phileum Thesprotorum regem interfecit. filiam
 uero eius, ex qua genitus est ei Tlepolemus, captiuam cognovit triennio
 post